1452 August 3, Brixen, in aula nostra episcopali. Nr. 2743

NvK, apostolice sedis legatus, *an B. Johann*[1]) *sowie Propst, Dekan und Kapitel von Eichstätt. Er bekräftigt seine bisherige Haltung im Eichstätter Jurisdiktionsstreit*[2]), *bestätigt seine damalige Anordnung, besonders hinsichtlich der Befolgung neuer Diözesanstatuten und gibt ergänzende Anweisungen.*

Kopie (15. Jh.): Eichstätt, *Diözesanarchiv, B* 48^{VIII} *f.* 134^{v}*-*136^{v}*. Zur Hs. s.o.* Nr. 998.
Erw.: Bruggaier, Wahlkapitulationen 41; Koch, Umwelt 152; Buchholz-Johanek, Geistliche Richter 159.

Als er seinerzeit bei ihnen in Eichstätt geweilt habe, seien von ihm Streitigkeiten zwischen ihnen in Erfüllung apostolischer Anweisungen in der Weise beigelegt worden, wie seine entsprechende Urkunde darüber festhalte. (Folgt Nr. 1184 *vom 8. April 1451; nach dem Datum auch hier:)* H. Pomert.[3]) *B. Johann habe ihm dargetan, obwohl die inserierte Kundgabe klar sei, wollten einige Kanoniker sie in anderer Weise als dem Wortsinn entsprechend interpretieren, und es dürfe durch die darin erwähnten Diözesanstatuten B. Johanns früheren Statuten kein Eintrag entstehen, auf die Johann bei seiner Einführung geschworen hatte. Um Zweideutigkeiten zu beseitigen erkläre er hiermit:* Intencionis nostre fuisse et esse, quod statuta illa per nos apostolica auctoritate admissa servari debeant modo quo textus iacet eorundem. Et si qua reperiantur alia statuta prius edita aut articuli fidei per vos Iohannem, illa talia statuta sive ordinaciones aut articuli, inquantum simul cum istis synodalibus per vos datis se non compaciuntur aut inquantum eorundem priorum articulorum observancia directe vel indirecte impedit, quominus ipsa synodalia statuta realiter et cum effectu servari possint aut execucioni demandari per vos dominum episcopum aut vestrum vicarium talia statuta et iurati articuli cedere debent istis synodalibus posteris statutis, sic quod ipsis talibus iuratis articulis non obstantibus sinodalia servari debent et execucioni per vos dictum episcopum aut vestrum vicarium meliori modo quo[4]) fieri potest et vobis videbitur demandari. Nostra enim intencio erat et est, et ita ex habundanti eciam nunc declaramus, quod vos, domine Iohannes episcope, quem tunc apostolica auctoritate a prestitis iuramentis, inquantum impedimenta prestarent, quo minus animarum salus, honor dei et ecclesie Eystetensis decor et utilitas ac eciam sedis apostolice procurari possit, ad habundantem cautelam absolvimus ob talia iuramenta, a quibus sic vos absolutum per nos estis ab execucione statutorum sinodalium modo meliori, quo vobis visum fuerit, nequaquam impediri et retrahi debuistis neque debetis in futurum.

Declaramus similiter, quod secundum pronunciacionem nostram, si decanus post requisicionem domini episcopi negligens repertus fuerit in corrigendo, quod tunc ad episcopum devolvitur potestas corrigendi, ita quod negligenciam illam libere supplere poterit dominus episcopus, eciam decano et capitulo in correctionem minime consencientibus, mandantes has nostras declaraciones sub eadem pena pronunciacionis preinserte districte observari, reservantes nobis nichilominus potestatem alia dubia, si qua emerserint, declarandi, statuendi et ordinandi in posterum, quamdiu per sanctissimum dominum nostrum potestas a nobis ablata non fuerit, modo quo in pronunciacione priori nobis reservavimus.[5])

---

[1]) *Johann von Eych († 1464), s. A. Schmid, in: Gatz, Bischöfe II 173f.*
[2]) Nr. 1184 *vom 8. April 1451, bes. Z. 38-41.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

[3]) *Die übliche Namensbezeichnung auf der Plika von Urkunden des NvK; s.o.* Nr. 963. *Sie ist bei der Erwähnung unserer Handschrift im Vorspann von* Nr. 1184 *versehentlich übergangen.*

[4]) *Bei NvK häufig vorkommende Formulierung. S.o.* Nr. 2727 *Anm. 20. Die persönlicher gehaltene Ausdrucksweise in diesen Zeilen lassen vermuten, dass sie von NvK formuliert wurden, der mit dem B. von Eichstätt eng befreundet war.*

[5]) *Zur Fortsetzung s.u.* Nr. 2839f.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.